



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Ioannis Cochläei De Actis Et Scriptis Martini Lvtheri Saxonis

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1565

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini M. D. XXXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29789

qui in rebus fidei & Ecclesiæ, suis præsumunt subditis leges dare, præcipere ac prohibere. Hæc & id genus multa ibi Cochlæus, contra novas illorū articulorū temeritates. Cūq; in Vratislavia, in præclara & præcipua Slesæ ciuitate Duo pastores huiusmodi, quorum vnus erat Laicus, alter sacerdos vxoratus & Diogenus: scripsit aduersus Laici Catechismū Cochlæus breuē Germanicel libellū, cōtra eorū errores de Baptismo & Eucharistia. Vbi præmittit in præfatione hæc quæstionē, An scriptū esset vsq; in sacris literis, vel in patrum scriptis aut historiis, quod liceat Laico pastorale gerere officium: Sacramenta administrare populo, consecrare &c. aut sacerdoti, post susceptos sacros Ordines, vxorem ducere, atque etiā vna defuncta ducere alteram. Sed neuter illorū respondit, neque ad eam quæstionem, neque ad confutationem errorum, quos de Baptismo & de Eucharistia docebant: opibus interim & vulgi applausu secure fruētes.

*Contra Catechismum
D. Moibani.*

*Acta & Scripta Lutheri,
Anno Domini
M. D. XXXVIII.*

T Germani nostri, atque etiam exteræ *Comparatio*
Nationes cognoscerent clarius, quod *Ioannis Hues*
multo minus malus impiusque fuerit *ad Luth.*

Ioannes Hus, qui per hæresim suam florentissimum Regnum Bohemiæ, in omne malum & incommodum perduxit, quàm Lutherus est, qui tam seditiose ac impie Ro. Imperium Regnumque Germaniæ perturbat: Cochleus ex aliquot sermonibus Ioannis Hus, LXX. articulos excerpfit, quibus opposuit ex vno Lutheri sermone totidem articulos, sed multo atrociores, quàm illius fuere. Verbi gratia, Hus ait. Sicut Moyses inuenit gratiam in conspectu Domini: Ita sacerdos in præsentia Domini, si licet in diuino officio. Lutherus vero sic. Hic neminem moretur, digna Saturnalibus & Bacchanalibus illa consecratio. Ridiculum enim coram Deo nugamentum ordines isti & consecrationes habentur. Hus autem, cum diceret. Omnis sanctus est sacerdos, sed non omnis sacerdos est sanctus. Et contra hoc obijceret. Ergo vetula sacrificabit in altari. Respondit. Non sequitur, quia non est consecrata ad hoc. Itæ Hus ait. Si patrem honoras, cui quotidie dicimus. Pater noster, qui es in cœlis: honoras & matrem nostram, vxorem eius legitimam, quæ sursum est Hierusalem, id est, Ecclesiam sanctam, in cœlo triumphantem, & hic corpore, in cœlo mente conuersantem, & in purgatorio à propriis meritis dormientem. Quæ ex his tribus recollecta, vnica mater nostra dicitur. Lutherus autem totam Ecclesiam errare dixit, mox ab initio, in primo Concilio, cui interfuerunt etiam Apostoli & eorum discipuli, eò quod fuerint in hæc

sententia,

*Sana verba
Ioan. Hus,
de Ecclesia.*

contentia, Legem & operam necessaria esse, ad
 salutem & salutem. Cum igitur clare ostende
 retur, Luthero minus impium fuisse Ioannem
 Hus: inscriptus est ille libellus, De immensa Dei
 misericordia, erga Germanos: Vt pote, quod nō
 dum consumpti sumus, qui tot iam annis nos in
 vicem mordemus, ac noxiis de fide disputationi
 bus & dissensionibus digladiamur, contra piam
 Pauli Apostoli admonitionem, dicentis. Quod
 inuicem morderis & comeditis, videte, ne ab
 inuicem consumamini. Caterum Vuittenberge
 multa fuit contentio Luthero cōtra quosdā Lu
 theranos, qui legē operū reiiciebant, sicut antea
 docuerat ipsemet Lutherus. Multis igitur dispu
 tationibus aduersus eos contendit, quos probro
 se Antinomus vocabat. Cochlæus autem, vr ostē
 deret ipsum magis repræhensibilem esse, quā
 illos: Aduersus Quintam eius disputationem,
 quæ 70. propositiones cōtinebat, ædidiit 153. pro
 positiones, Quarum initium sic habet. Consyde
 rate, quæso, Lutherani, quicumque docti estis at
 que disertis qualis sit Euangelii noui Architect^{us}
 Dux & Princeps vester Lutherus: Qui repræ
 hensionis contentioniſque incessabili studio, pa
 cisque & vnitatis odio perpetuo, nihil pensi ha
 bet, quod sibi ipsi sit contrarius, dummodo aliis
 quacunq; occasione contradicere queat &c.
 Eodem autem anno missus est Cochlæo ex An
 glia liber Ricardi Morysini Angli, prolixius &
 amara uolentis, contra ipsam Londini ædi
 tus. In quo, post loquacissimæ præfationis
 Mm

Gal. 5.

*Dissensio in
 ter Luth. &
 complices eius
 Vuittenberge*

*Ricardus
 Morysianus pro
 Rege Anglie.*

conuitia, in Quinto demum Quaternione sum-
mam libri sui proponens, sic ait. Verum, vt com-
nus cum hoste congregiar omnis, ni fallor, in illi-
tuta cōtra Regem a Cochleō accusatio, hæc ve-
luti præcipua calumniarum capita cōtinet. Vxo-
rem repudiatam, Papam ex Anglia eiectum, pa-
pæ defensores occisos, illā retineri debuisset: hæc
reuocari, hos sine scelere occidi nunquam po-
tuisse. Inter calumnias autem complures & acer-
bas commemorauit & istam, Cochleum esse do-
natum Præbenda Canonica in Ecclesia Cathedra-
li Merseburgensi: ea lege, vt ne posthac con-
tra Lutherum scriberet. Inuehens igitur in eum
Anglus iste ait. Tunc ista, veritatis defendenda
causa, ac non potius demerendi tibi Casaris de
Papæ gratiam scripsisti? Qui fidem das, te post-
hac in Lutherum nihil moliturum. Quid ingenii
pecunia abs te non impetret, cum Præbenda ad
tantum dedecoris te impellere potest? Ad hæc
Cochleus, cum mera essent mendacia, breuiter
ait. Non solum amicos, sed etiam inimicos suos,
vicinos Vuittembergenses, probe scire, nihil ho-
rum verum esse. Caterum pro Ro. Pontificis au-
toritate Ecclesiasticaque potestate asserenda, mul-
tas ac validas rationes, in suo de Matrimonio Re-
gis libro, ait se produxisse, non ex suo quidem
ingenio: sed ex sanctis patribus & magnis Do-
ctoribus, vt pote IX. ex S. Bernardo. XXIII. ex S.
Thoma. XXVI. ex Patrum Decretis antiquis,
& XV. ex Abbate Panormitano. Ad quarum nul-

*Responsio con-
tra Morosini*

Anglus ille respondit. Pro Roffensi autem
Moro respondens Cochlaeus, inter alia multa
ait. Non erant viri illi similes tui, Morysine,
ventris causa Gnatonicam exercebant artē, &
contra animam & conscientiam suam laudaret
impia & inhonesta. Damnarent vero ea, quæ nul-
lus vir bonus, etiam si Turca esset aut Ethnicus,
damnare posset. Quis enim Turcarum fa-
ceret, quod tu facere non erubescis? Quippe Reginam
Catherinam, qua nullam habuit Anglia vel No-
biliores vel sanctiores, dicis Regi fuisse perpe-
tuo meretricem. Annam vero, affirmas legitimam
Regi coniugem fuisse, Regina vxore adhuc vi-
uente. Quam sane Annam Rex ipse paulo post
iussit interfici, propter quam sanctos viros illos
Rex crudelissime xv. menses in carcere captiuos
tenuerat, ac tandem occiderat. Sed & tu ipse,
Gnato pessime, eosdem viros, quos impia calum-
nia patriæ proditores dicere audes, aliquando
imprudens laudas & excusas. Ais quippe de am-
bobus, quod non fuerint isti primi, qui maluer-
unt mortem oppetere, quam versari in summa
leuitatis & infamiae nota: Leuius erat malum, cum
immortalitatis spe occumbere, quam tot sua vo-
lumina perpetuum testimonium contra se dice-
re. Et hic manifeste insinuas, licet dicere non au-
sis, Regē versari in summa leuitatis & infamiae nota.
Negare enim non Regē plerisque scriptis suis
Ro. Pontificis autoritate asseruisse, & ea scripta
perpetuum testimonium contra ipsum dicere. &c.

Mm ij

Contra articulos
Ios Lutheri
ad Concilium

Cumque Concilium Generale indictum esset
Vicentiæ celebrandum: Lutherus Teuthonice
euulgavit articulos, quos à suis vellet Concilio
nomine suo proponi. Contra quos Cochleus,
pro honore & salute Germanicæ Nationis respō-
dens: rogavit, ne articuli, vsque adeo absurdi &
impii, proponantur Cōcilio, eo quod pudor ac ri-
diculo forent apud reliquas Nationes. Nā plerū-
que ex iis articulis sunt Confessioni Lutherano-
rum, quæ Augustæ fuerat Cæsari & toti Impē-
rio exhibita, contrarii. Verbi gratia. In Confessi-
one, aiūt, falso accusantur Ecclesiæ vestræ, quod
Missam aboleāt: retinetur enim Missa apud nos
& summa reuerentiā celebratur. At secundus
Lutheri articulus, quem Concilio proponi velis,
sic habet, Oportet Missam in Papatu maximam
& horredissimam esse abominationem, eo quod
directe & violenter pugnat contra hunc princi-
palem articulum: Sola fides in Christum, nos iu-
stificat. Ait autem Cochleus, grauiorem inde
fore ruborem proponētium hæc in Cōcilio: quia
secundus fundatur super primum, qui multiplici-
titer de falso conuictus, & in nulla scriptura sua
datus est.

Acta & Scripta Lutheri, Anno Domini
M. D. XXXIX.

Consilium ad
Papam pro
Reformatione

Vulgatum fuerat in scio Pontifice, egre-
gium quoddam consilium de Refor-
manda Ecclesia, & emendandis Ro-
mæ